



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXXII. Hertzog Heinrichss zu Mekelnburgk p. p. Consens vber ein Fundation einer Vicarej In desss Heylige Geists kirchen zu Lychem, auch vorleyhung etzlicher Pacht von etzlichenn Huefen Im dorf ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

LXXII. Hertzog Heinrichs zu Mekelnburgk p. p. Consens vber ein Fundation einer Vicarej In defs Heyligen Geists kirchen zu Lychem, auch vorleyhung etzlicher Pacht von etzlichen Huefen Im dorff Retzow, so von dem Stifter derselben Vicarj dazu gegeben worden feindt u. f. w.

In nomine domini Amen. Omnibus Christi fidelibus presentia uifuris Vel auditoris Hinricus, Dei gratia Magnopolensis ac Stargardie dominus, salutem in domino sempiternam. Cum ob uite breuitatem mortalium lapsusque temporis continuum Acta temporalia, literarum Codicibus testiumque idonea professione non recondita, subito pereant et citius euanescant, Expediit ob hinc non solum idoneitate testium, Verum etiam literarum Karakteribus eorum transitum perhennari. Nos igitur anime nostre nostrorumque progenitorum salutare cupientes dirigere vestigium, per nos quoque cultum augeri diuinum et dominicum, de nostro nostrorumque heredum et militum potiorum beneplacito et consensu, fideli nostro uiro et nobis dilecto Joanni, cui in Lychen, Scriuer dicto, suisque ueris ac legitimis heredibus dedimus et damus, contulimus et presentibus conferimus proprietatem, Eghendum in uulgo dictam, octo talentorum Brandenburgensium denariorum redditus de sedecim mansis uille Retzouue adiacentibus, annue cedentes nomine iusti pachtli. Quos quidem redditus predictus Joannes Scriuer ob sue remedium anime et suorum successorum, iuste transfuit et legitime conuertit in Vicariam, quam quidem in domo Sancti Spiritus ciuitatis Lychen perpetue collocauit, Renunciantes hys redditibus et singulis, que nobis aut nostris successoribus ad presens deriuari possent, aut competere in futurum. Pretaxatis uero Johanni Scriuer et ueris ipsius heredibus hanc Vicariam sic rationabiliter factam per mortem Vicarii aut permutatione in posterum uacantem, conferendi et porrigendi cuicunque persone ydonee, secundum quod ipsis expedire uidebitur et oportunum fuerit, libera sit facultas. In horum uero euidentiam nostrum sigillum appendendum presentibus rite duximus, ut singula premissa perpetuo gaudeant robore firmitatis. Testes huius sunt rei Albertus de Deuuitz, Wedegho de plote, Gerardus de Bertheouue, Redekinus de Rederen, Düser de yentzekowe, milites et Rutgherus, noster Capellanus, cum aliis quampluribus fide dignis. Datum et actum in Noua Brandenborch, Anno domini M° CCC° XX°, in craftino Ascensionis domini, per manus Joannis, nostri scolaris etc.

Auscultata et collationata est hec Copia et concordat cum suo Originali de uerbo ad uerbum, Quod attestor ego supradictus Notarius hoc meo Chyrographo.

LXXIII. Einn Vortrag zwuschen dem Closter Himmelpforten vnd der Statt Lychem, Wie sie sich von beiden theylenn mitt vorrechnung defs Zinses von den vier Stathufen mitt allerhand vischereyn vnd dan mit der Costriner vnd Schreyber Müllen vorhalten sollen etc.

Esse utique bonum dinoscitur ac iocundum Christi fidelibus cohabitare pacifice et concorditer similiter seu in unum. Hinc est quod nos consules ciuitatis Lychen, de maturo consilio nostrorum sapientiorum conciuum ac totius Vniuersitatis nostre consensu parte ex una, et dominus Abbas claustris Celiporte cum consensu totius conuentus sui parte ex altera, causa pacis et concordie perpetue Has condiciones, que sequuntur, inuolabiliter tenendas placitaumus, promissimus secimusque parte ex utraque conscribi sub hoc modo: Inprimis quod census duodecim solidorum in quatuor